



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 21. Qui fuerint Aristotelis libri De philosophia quodq[ue] illorum argume[n]tum. Illustratus locus è primo libro Ciceronis De natura deorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

mina, substituendum putauit. Ego in quibusdam tis veteribus libris ita scriptum reperio: Num *qui* viliorem tibi hunc Triarium putas esse posse, quam *sicut* Puteolis granaria? atque haec postrema vox ita euam in quibusdam olim excusis legitur. quæ scriptura cùm absurdii nihil habeat, cur ei quæ vulgo recepta est, atponenda non sit, non video. nihil enim prohibet. Torquatum hunc granaria quæpiam Puteolis, à quibus magnos fructus perciperet, habuisse.

*Qui fuerint Aristotelis libri De philosophia, quodque illorum argumentum. Illustratus locus è primo libro Ciceronis De natura deorum.*

## CAPUT XXI.

**V**ELLEUS, qui apud Ciceronem De natura deorum Epicuri partes tuetur, principio disputationis suæ, veterum philosophorum super ea relevantias enumerando perceret: credo, vt cùm aliis omnes aut refellisset, aut illusisset, constitueret eam, quam sequebatur. Ibi de Aristotele ita loquens inducitur: *Aristoteles in tertio De philosophia libro multo turbat, à magistro Platone non dissentiens. & quæ sequuntur. quem locum declarans Petrus Marsus, homo, ut illis temporibus, non contemnendus, multa enim iam tum norauit, de quibus, tanquam nouis, & à se primum animaduersis, multi hodie sibi placent:* igitur libros Aristotelis De cælo tertium De philosophia librum vocari putat: & vt stultam opinionem suam, quoquo modo poterat, confirmaret, errorem, vt fit, errore cumulat, librorum eius philosophi ridiculum quendam ordine. *n. commentus. primum enim De philosophia librum ait esse libros 7. n. secundum, libros quatuor et propositos: tertium, libros de-*

ca. 10.

celo, quam ineptiam pluribus verbis exagitare nihil  
opus est. id modo admoneret non ab re fuerit, scri-  
psisse Aristotelem libros tres, quibus nomen fecerit,  
οὐ τριῶν, οὐ τετρακόσιων, quibus complexus erat ea  
qua in sermonibus à Platone acceperat, itemque non  
nulla Pythagoræ dogmata. Numerum librorum à  
Lætio accepimus: qui in indice scriptorum Aristoteli  
ponit, οὐ τριῶντας αὐ β' γ'. Ipsem et autem co-  
rum meminimus lib. primo De animo, his verbis: Οὐ τριῶν  
οὐ τετρακόσιων λεγομένοις στοιχίοις. quæ ver-  
bata exponit Simplicius: οὐ τριῶντας νυν λέγει, τὰ  
οὐ τριῶντας ἀπό τη Πλάτωνος αὐτοχθονίου συν-  
τομα, οὐ τις ἴσορη τὸ τε Πυθαゴρεῖν, καὶ Πλατωνικὰς οὐ τρι-  
ώντας δέξεται. ex his autem facile cognosci potest er-  
rorum qui apud Ciceronem legebarūt. *A magistro*  
*Platone uno dissentiens.*

Ciceronis è tertio De natura deorum locus ex Aristotele  
expressus. CAP. XXII.

SEMPER existimauit ea quæ libro tertio De na-  
tura deorum Cicero Cottam dicenteum facit, ut  
ostendat in diis virtutem inesse non posse, deprom-  
pta esse ex Aristotele. Sed ut de hoc meo iudicio co-  
terorum iudicium faciam, hoc loco viriusque verba  
proponam. Ita ergo loquitur Cotta: *Quid enim pru-*  
*dentiam ne Deo tribuemus? quæ constat ex scientia rerum*  
*bonarum & malarum, & nec bonarum nec malarum. Cui*  
*nihil est, nec esse potest, quid huic opus est delectu-*  
*bonarum & malarum? quid autem ratione? quid intelli-*  
*genia? quibus virimur ad eam regn, ut apertis obscura-*  
*aliquamur. at obscurum Deo nihil potest esse. Nam iu-*  
*ficia, qua suum cuique distribuit, quid pertinet ad Deos?*  
*bonum enim societas & communitas, ut vos dicitis,*  
*iusluiam*

Var. Lætio  
lectio

L  
23